



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Pro abnegatione & patientia in aduersis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

etiam inimicos & aduersantes mihi infundat atque confirmet. Infundé quæso mihi mitissimè Iesu ardentissimam charitatem, aff. & umq[ue] patientiæ quæcumque molesta & contraria pro te, quia tu tam molesta, tamq[ue] indigna passus es pro me. Da mihi tantam charitatem & patientiam, ut nullis passionibus aut molestijs ad- ed possim vñquam fatigari, quin maiora & grauiora semper desiderem pati, Amen.

*Pro abnegatione & patientia in aduersis, Precatio.*

**D**ulcissime Domine Iesu Christe da mihi misero peccatori crucem veræ pœnitentiaz feruenter amplecti, tua passionis vestigia imitari, atque per viam perfectissimaz abnegationis te sequi: ea quæ in mundo sunt blanda aut delebilia execrari, & pro tui amore quæcunque dura & aduersa deſiderijs fitibundis amplecti, Amen.

*Pro mititate, Precatio.*

**O**Iesu mitissimè, qui stupendum & admirandum mititatis & patientiaz nō ois exemplum in tua paſtione reliquisti, ita vt ne vnum verbulum amarum omnibus inimicis & tortoribus tuis responderis, aut impatiencie aliquod signum demontraueris, da mihi misero veram cordis mititatem & mansuetudinem, ne vñquam in aduersis casibus frangar, aut repentina ira vel vlciscēdi paſſio- de permotus inimicis meis mala pro malis rependam. Tranſeat quælo Domine virtus amarissimæ paſſionis tuæ omnia interiora mea, atq[ue] ad omnem iniuriam, molestiam, contumeliam perferandam promptum me reddit. Da præterea mihi gratiam tuam ne humana pertimescam iudicia, neque proximorum meorum in- crepationes indigno aut amaro recipiam animo, sed ſemper & ex animo optem, ab omnibus argui & reprehendi, quatenus hac occafione omnes superbiz & impa- tientiaz motus in me conterantur, meiq[ue] deſpectio & contemptus indies magis ac magis excreſcat, Amen.

*Pro fortitudine animi in aduersorum perpeſſione, Precatio.*

**O**Iesu amabilissime, admoneo te illius ardentissimæ & admirandæ charita- tis, qua toties tuorum discipulorum corda es consolatus, & ad futuras ten- tationes, vexationes, & hominum malignorum perſequitiones benigne tol- Matth.10. lerandas præmonuisti, dicens: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt. Item: Non turbetur cor vestrum neque formidet. Item: Si me perfe- v. 28. quuntur, & vos persequentur, dignare & me in omni aduersitate & malorum per- Joan.14. v.1. &c. 27. pereſſione confortare & animare, ne succumbam, aut hostium importunitate aut ni- Joan.15. v.20. mnia malignitate à te Deo meo exturber, neūe hac ratione tuam gratiam haſtenus misericorditer mihi indultam amittam, mcq[ue] ipsum miserijs extremis inuolu- uam. Ah Iesu superducissime, qui ipſe in te expertus es, quād durum quād mo- leſtum & difficile fit sensualitati, aduersari, & hominum improborum improbos ſufferre mores, noli me obſecro in hac despicer hora, cūm vndique ingravant ten- tationes, foris pugnæ, intus timores & dæmonum callidissimæ ſuggiſſiones, car- nis quoque indomitæ illecebræ, & id genus alia: ſed pro ſolita tua pietate oculos tuos ad me conuerte, atque auxilium gratiæ tuæ mihi impende.

Ah Iesu clementissime, en tibi ſoli, ab omnibus derelictus, omniumq[ue] charo- rum auxilio deſtitutus, conqueror, quod non valeam ultra, niſi cito ſuccurras, ho- ribus meis reſiſtere, neque eorum diutius ſuſtinere impetum. Adiuua igitur me

vix-